

Epigramma<sup>1)</sup>.

Hos ego prestantes sophie celestis alumnos  
 Admisi Henningus rite favente Deo.  
 Eloquar an sileam? Numeros ita promere multi  
 Noverunt, veluti verba soluta loqui.  
 Haud dubium iccirco fuerit, quum Teutona tellus  
 Dotibus Italicis equiparanda siet.

Quos inter sic humaniter admissos tres inopes extitere, scilicet Benedictus Bachel Abenburgensis, Ioannes Lynßmayr Dalmasingensis et frater Iacobus Klappe Haynensis ordinis servorum Marie, quorum primus paupertatem literis probavit, secundus testibus, tertius professione, quare dimissionem, ut dicunt, burse a tota facultate obtinuerunt.

C 85'. Demum anno, quo supra, ipso die Dionisii episcopi<sup>2)</sup>, qui fuit nona Octobris, Leon- Oct. 9.  
 hardus Schellinger Nyderlinthartensis, artium bacc., ut pauper sub decanatu foelicis recordationis magistri Godhardi Lugderi Hallensis circa festum Pentecostes admissus, cum fortunam parentem sensisset, pecuniam facultati pro exercitio et signeto debitam liberaliter exolvit.

Tempore<sup>3)</sup> Aquisgranam populus quo transit ad urbem  
 Et Marie precibus templa dicata subit,  
 Percupidus venie scelerum cupidusque videre  
 Relliquias sacre Virginis atque Ioseph,  
 Inter phylosophos ego Lips antistes habebar  
 Immeritus, verum pervigil usque fui.

## 1517 Wintersemester. 217. Decan Martin Titz von Iauer.

N 18'. Decanatus<sup>4)</sup> magistri Martini Ticii Iauerii<sup>5)</sup> Poloni natione. Anno incarnationis  
 divini verbi sesquimillesimo decimo septimo<sup>6)</sup> Sabbato ante Galli, que erat decima Oct. 10.  
 Octobris, electus est in decanum facultatis artium<sup>7)</sup> magister Martinus Ticius Iauerius  
 sub cuius decanatu officiales subscripti electi sunt magistri:

Clavigeri mgr. { Laurencius Helbig Fribergensis Misnensis  
 Wolfgangus Schindeler Cubitensis Polonus.

Executores et elec- { Virgilius Wellendarffer Salczburgensis Bavarus  
 tores decani mgr. { Arnoldus Wöstefeld Lindaviensis Saxo  
 Sebastianus Sibart Muchlensis Misnensis.

\* mgr. Martinus Titze Iawrensis decanus nacione Polonus.

Decrete sunt { Wolfgango Schindeler Cubitensis } lectio { metaphysice  
 lectiones { Arnoldo Wostefeldis Lindaviano } phi[sic]i auditis  
 magistro { Gregorio Breitekopp de Konitz } posteriorum analyticorum

<sup>1)</sup> Das Epigramm fehlt in C. <sup>2)</sup> Fehlt in N. <sup>3)</sup> Das Epigramm fehlt in C. <sup>4)</sup> In N Lücke für die Initiale gelassen, aber nicht ausgefüllt. <sup>5)</sup> de Iauer. <sup>6)</sup> Korrigirt für octavo. <sup>7)</sup> artisticce.